

num. 19. Unde inferitur, d. l. si servus. nihil conducere ad questionem; an Indefinita equipollat universali; Neque ullo modo Ulpiano posse refregari in d. l. 2. ff. de lib. & postum. cum circa diversa versentur; quæ interpretatio maxime comprobatur ex l. in lege 77. ff. de contrahend. enpt. ubi in venditione fuerunt exceptæ lapidicinas, ubi tuncque essent, & tamen jabolenus decidit, futuræ lapidicinas, si postea inveniantur, non comprehendit sub exceptione lapidicinarum, etsi per verba universalis fuerint exceptæ.

Et ne obijciat quis nobis ejusdem Pomponii verba, ibi: *Humanitas est, verbo generalissime lumen significari*. Ex quibus videtur sentire Consultus sub verbo, *omne universali ex sua natura etiam futura lumina comprehendit*. Advertendum est, Consultum ex suppositione per verbum, *omne lumen*, futura significasse; nam cum egisset de præsentibus, ac futuris luminibus, postea usus est verbo universalis, quo declaravit, stipulationem ad omnia præmissa extendi. Videas supra, 31. num. seqq. alium intellectum.

Verf. Octavo, eodem pacto.

Ex dictis supra, ad num. 5. pro intellectu hujus l. 2. ff. de lib. & postum. colligitur ejus vera decidendi ratio: quia pater filios, ut oportet, non exheredavit, scilicet nominatim: Unde etsi falsitas constaret velle omnes filios exheredare, vel unum certum ex illis, nihilominus nulli cohærentia noceret, quia neque omnes, neque unum signo indubitabili evidenter demonstravit; cum illa Indefinita Exheredatio filium meum, dubia sit, & indifferens, ut pro universali, vel particulari accipiat, & interpretativa voluntas ad exheredationem non sufficit, argument. l. cum quidam ff. de lib. & postum. Spin. d. gloss. 20. c. 19.

Verf. Decimo, ab eodem.

46 Notandum est, quod auro, vel argento legato, non solum rudis materia continetur, sed etiam quicquid ex eo factum in bonis testatoris reperitur, l. cum a rum, 20. ff. de aur. & argent. legat. Menoch. conf. 49. num. 42. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 162. num. 28. Tandem, resolut. c. v. l. cap. 10. m. 13. verf. Eadem ratione, aique ita Indefinita, lego aurum, æquivallet universali, lego omne aurum, quamvis differentia sit inter contenta sub universali, ut inter massam auri, & annulos aureos, quibus Indefinita minus propriæ videbatur convenire, quam rudi materiæ; quod est contra ea, quæ diximus de natura præpositionis Indefinitæ: hoc tamen provenit ex communis usu loquendi, secundum quem appellatione argenti, vel auri, veniunt quæ ex eo facta sunt, sicut ipsa rudis materia, & usus loquendi communis verborum proprietati proferendus est, l. Lebeo, 7. §. 1. ff. de supellect. legat. l. l. iterum, 50. §. quid tamen, C. de leg. 3. Molin. de primogen. l. b. 1. cap. 4. num. 36. Menoch. conf. 266. n. 63. Ceval. tom. 1. quæst. 409. Felician. d. de sub. in præm. m. 30. in fin. Pareja de instrum. ed. t. tom. 1. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 90. Aug. Barcof. in collect. ad cap. ubiqueque, num. 5. in fine, de pen. in 6. Adverte tamen pecuniam argentæam, vel auream, auro vel argento legato, non debetur; Menoch. & Tondut. ubi supra illius loquendi styli reddidit rectionem Consultus in d. l. quæst. m. §. illud fortassis.

Ad Num. 10.

48 Indefinita affirmativa in testium depositione pro universalis non habetur quod sicus est in Negativa: Cyriac. tom. 3. contr. 407. m. 65. Surd. dec. 263. n. 10. Pacian. d. c. 35. n. 20. om. seqq. Menoch. conf. 733. n. 16. Tusch. d. concl. 86. n. 31. Mascard. de probat. concl. 205. m. 19. Ancharr. in rub. ic. de reg. jur. in 6. Marfil. singul. 171. Crot. in tract. de testib. part. 7. n. m. 99. verf. Duodecimo plenè, Natta conf. 164. num. 25. v. d. m. 1. Quod fallit, si testis deponat Indefinitè super articulo continente universitatem, tunc et in Indefinita pro universalis habetur; Tusch. ubi proxime, n. 35. Mascard. num. 29.

Verf. Decimo, ex his.

Non est omnino superflua distinctio Bartoli nam quod tunc considerata mente proferentis, & materia subiecta, adhuc dubium sit, an Indefinita pro universalis sit accipienda 4) vel non? recurrendum erit ad odium, aut favorem rei, de qua agitur, atque ita Bartolum sequuntur Menoch. d. conf. 173. num. 27. & alij, quos ipse refert Tusch. d. concl. 86. num. 28. Pacian. d. cap. 34. num. 20. in addit. N. lal. in l. 2. num. 18. ff. de lib. & postum.

Verf. Decimo, hinc, colligitur.

Hoc nendum est ita in Affirmativa, sed etiam in Negativa, quæ ex vi propriæ significationis æquivallet universalis, ut diximus: nam si ex æquivalentia resurget, absque intellectu, Indefinita nunquam sapit naturam universalis, Pacian. d. cap. 35. num. 35.

Verf. Eccimoquinto, aperiunt.

De intellectu cap. quia circa, 22. de privileg. latè Barbo. 51 in collect. ad illud, ubi plures refert, & nos infra, cap. 17. n. 143. Quæstio autem non est de æquivalentia Indefinitæ pro universalis, sed antemissio Decimarum extendatur ad futuras, quæ deberentur ex prædictis de novo Monasterio quæstis: quæ quæstiones inter se differunt, ut constat ex dictis supra, n. 42. cum seqq. Neque enim ex eo quod Indefinita pro universalis accipiat, necessario sequitur, futura, & incognita comprehendere; quandoquidem neque ipsa universalis sua natura talia complectitur, ad ibidem, fuisse probavimus.

AD CAPUT XIV.

SUMMARIUM.

De conditione, aut modo donationi adjecta in favorem Tertii.

- 1 Donatio perfecta dicitur cum ad libitum ad donatoris nequæ revocari.
- 2 Ad perfectionem donationis inter vivos acceptatio desideratur.
- 3 Post acceptatam donationem modus, aut conditio si adjecta non potest.
- 4 Fallit, si in continenti adjecta.
- 5 In conjunctis ordo non attenditur.
- 6 Qui de interpretatione l. quoties 3. C. de donat. q. sub mod. scribere.
- 7 An in obligationibus, quæ re contrahuntur, alteri per alterum actio jure civili quæritur?
- 8 Lex juris antiqui correctoria non extenditur ultra casum in ea expressum.
- 9 Hodie jure Regio alteri per alterum actio quæri non prohibetur.
- 10 Secundus donatarius in casu d. l. quoties, dominium, aut possessionem sine traditione non quærit.
- 11 Quid de jure Partiarum? refertur Affirmativa.
- 12 Negativam qui sustinet.
- 13 Explicatur l. 1. C. de donat. quæ sub modo.
- 14 L. 7. tit. 4. p. 5. non est correctoria juris communis.
- 15 Donatio Ecclesiæ, modo adjecta, si non impleatur, agitur ad implementum, nisi expressum sit, ut, modo non servato, revocetur.
- 16 Donatio prædicta non revocatur ob omissionem. Prælati solius, qui modum non implet.
- 17 Modo non impleto, qui fuit causa finalis donandi, donatio revocatur; non si impulsiva, quia solum agitur ad implementum.
- 18 Modus appositus in donatione facta Ecclesiæ, ipsius favore causa impulsiva censetur.
- 19 Ad revocandam donationem ex l. 1. C. de donat. q. sub mod. dominum probare oportet.

20 Mora,

- 20 Mora, quæ requiritur ad revocationem donationis ob modum non impletum, purgari potest.
- 21 Ad revocandam donationem ex d. l. 1. mora non est opus.
- 22 Virum in specie d. l. quoties, licet revocare pactum in favorem Tertii post acceptationem principalis donatarii? tradit sententia negativa.
- 23 Refertur affirmativa.
- 24 Hac approbatur, & enucleatur.
- 25 In casu d. l. quoties, in l. m. ius queritur secundo donatario ane ipsius acceptationem.
- 26 Explicatur l. 1. ff. qui sine manu, ad libert. pervener.
- 27 Hæres non potest pactum in favorem liberatis per defunctum adjectum revocare.
- 28 Explicatur l. si cum fundam. ff. de pact.
- 29 Exceptio firmat regulam in contrarium.
- 30 Donatio inter vivos ante acceptationem liberè potest pro libito revocari.
- 31 Donator potest revocare pactum adjectum in favorem proprii heredis donati.
- 32 An valeat donatarius modum implere post illum revocatum a donatore?
- 33 In re sua quilibet est moderator, & arbiter.
- 34 Pactum adjectum donationi in vili aem Tertii, postquam ipse acceptaveit revocari nullo modo potest.
- 35 Donatio facta infanti, vel ei, qui non venit est, sine acceptatione statim irrevocabilis est.
- 36 Ubi juramentum non revocandi intervenit, an pactum in favorem Tertii post acceptationem revocari?
- 37 Ex d. l. quoties, actio utilis legataris non competit secundo; antequam acceptet.
- 38 Ex donatione non acceptata obligatio civilis, aut naturalis non acquiritur.
- 39 Obligatio parit actionem, & hac sine illa nasci non potest.
- 40 An per acceptationem Notarii nomine absentis, maneat irrevocabilis donatio?
- 41 Ex consensu Partium claudicare contractus jure vult.
- 42 Virum ex acceptatione Notarii acquiritur absentis utilis actio?
- 43 Et si caveatur Statuto, ut alteri per alterum actio quæritur ad exigendum sine cessione rationibus debet præcedere absentis.
- 44 An ex ante l. 2. tit. 16 lib. 5. Recopilat. possit donatio ante acceptationem revocari?
- 45 Defenditur D. Covarruvias, ne sibi contrarius videatur.
- 46 Ex stipulatione pro absente ante traditionem nulla nascitur obligatio.
- 47 Quæ persona possit jure communi pro aliis stipulari? remissivè.
- 48 Jure Regio licet stipula i alteri permissum sit, donatio ante acceptationem potest revocari.
- 49 Actio sine cessione quando alteri per alterum quæritur? remissivè.
- 50 Notario pro absente stipulatio actio sine cessione quæritur.
- 51 An post adventum diei, quo pactum in favorem Tertii e ad exequendum, possit revocari, ubi nondum acceptatum est.
- 52 In casu d. l. quoties, pactum in favorem Ecclesiæ potest ante ejusdem acceptationem revocari.
- 53 Alteri per alterum iure communi licet stipulari favore Causæ pæ.
- 54 Donatio ad pias Causas potest ante acceptationem revocari.
- 55 Promissio facta Deo de erogando alicui Causæ pia est irrevocabilis sine acceptatione.
- 56 D. Covarruvias ad Hermosilla objectionem defenditur.
- 57 Nihil interest quoad juris effectum inter donationem principaliter factam, & eam, quæ secundario fit, ut in casu d. l. quoties.
- 58 Donatio datus causa facta, re integra, ante acceptationem potest revocari.
- 59 Explicatur l. si ego 10. §. si res, ff. de iur. dot.
- 60 Quod ipsi contrahentibus obstat, & eorum successoribus debet obflare.
- 61 Dominum cum sua causa transit in successorem.
- 62 Hæres in utilitatem, & incommmodum defuncti succedit.

63 Nemo plus juris ad alium transfert, quam ipse habet.

64 Hæres in omne jus defuncti succedit.

65 Mandatum re integræ morte ejus, qui mandavit, expiravit.

66 Revocatio mandati ad pias Causas brædi mandatis non est permessa.

67 Hæres donationem à defuncto factam ante acceptationem revocare non valet.

68 Donatum dotis causa, matrimonio non sequito, conditione reperitur.

69 In contractibus innominatis etiam favore pia Causa celebratis jure communi locus est penitentia.

70 Jure Regio in contractibus innominatis penitere non licet.

71 Quid jure Canonico remissivè.

72 Non permittitur heredi donatoris revocare pactum favore Tertii adjectum, nondum acceptatum.

73 Pena conventionalis adjecta in favorem Ecclesiæ, vel fidei semel commissæ, an possit per contrahentem remitti, antequam acceptetur conventio? remissivè.

Ad ea quibus in præsentia agendum est, sunt videnda, Molin. de primogen. lib. 4. c. 2. Hermosill. in l. 7. gloss. 4. tit. 4. part. 5. Ant. Gom. in l. 40. T. m. a. n. 26. Pat. Sanch. conf. mora. lib. 1. cap. 6. dub. 1. Roderic. Snar. in l. quoniam in prioribus, q. 8. prin. ip. C. de inoffic. testament. Cacer. variar. p. 1. cap. 8. de donat. a. n. 5. 2. l. l. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. donat. o. 9. 3. Pat. Molin. de just. & jur. tom. 2. disput. 265. Gratian. dispensat. forens. tom. 2. c. 33. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 50. 51. Menoch. conf. 1153.

Ad Num. 1.

Perfecta donatio, tunc intelligitur, cum revocationi ad libitum donatoris subiecta non est; l. non videtur 3. ff. de donat. caus. mort. §. alia, ubi Pichard. Inst. de donation. Hermosill. in l. 4. gloss. 1. m. 1. 2. tit. 4. p. 5. Hinc est, ut ad perfectionem donationis inter vivos acceptatio donatarii regulariter desideretur, Hermosill. cum multis supra n. 18. Cyriac. tom. 2. contr. vers. 3. 5. m. 2. 5. l. l. Clar. d. §. donatio. q. 12. num. 3. Valasc. conf. 55. nu. 2. quoniam ante illam liberè potest revocari; Molin. de primogen. l. b. 4. cap. 2. n. 73. cum seqq. Hermosill. a. num. 26. ubi plurimi, Olan. in Concordant. antinom. in D. num. 43. cum seqq. & l. l. P. num. 36. De qua perfectione intelligendus est Imperator. in l. perfecta. 4. C. de donat. qua sub mod. ut ibi docet Glossa, nam post acceptatam donationem, nulla conditio, aut modus ei adijci poterit, invito donatario; Fontanel. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 5. n. 4. Ant. Gom. variar. lib. 2. c. 4. num. 11. Intrigill. sing. 87. num. 5. 6. Hermosill. in l. 8. gloss. 1. m. 1. d. tit. 4. Meno h. conf. 49. 6. num. 104. Olea de cel. jur. tit. 1. q. 6. n. 1. 5. Tondut. Canoniar. quæstion. c. 83. num. 8. Mol. de primogen. lib. 1. c. 8. num. 37. verf. Si autem. Franch. de iur. 213. num. 5. Decian. conf. 1. ex n. 18. Lambertin. de jur. patron. part. 1. lib. 1. q. 9. Castill. latissime quotidian. lib. 3. c. p. 10. num. 12. & num. 3. ampliat in Principe donatore, maxime si jus plenè fuerit quæsitum donatario; Sicut enim non licet donationem in totum revocare, ita nec gravamen imponere, per quod jus donatorio quæsitum minuat, argum. l. quæ de tota 75. ff. de rei vindic. In continentiamen, id est, antequam ab acta donandi discatur, bene poterit conditi, aut modus apponi, etsi præcesserit acceptatio; Hermosill. ubi proxime num. 1. Decian. num. 29. Petal. in l. 3. §. qui fide commissæ, num. 68. ff. de hered. insti. Fontanel. nu. 5. Sed contrarium defendunt, Castill. num. 50. cum seqq. Sarmient. de redditib. Ecclesiæ. part. 1. cap. 4. num. 10. Ripa respons. 63. num. 6. 8. Quæ sententiæ possunt, juxta quæ diximus, conciliari; nam ordo in conjunctis non attenditur, l. 2. §. sed si quis ff. de vulgar. Quod etiam obtinet in donatione, quæ à traditione incipit; siquidem in ipso actu tradendi rem donatam, gravari donatarius poterit, deinde non ita, cum jam sit perfecta donatio; Hermosill. d. l. 4. gloss. 1. n. 2.

Ad num. 2.

De interpretatione l. quoties 3. C. de donat. qua sub mod. videndi sunt Hermosill. in l. 7. d. tit. 4. gloss. 4. Ant. Gom.

in l. 40. Taur. n. 26. Mol. sup. lib. 4. cap. 12. n. 2. Iul. Clar. d. §. donatio, q. 13. Pichard. in §. aliter, n. 24. Inst. de iur. i. b. stipul. Giphon. in repet. eiusdem leg.
Hæc lex 3. iur. lib. 3. Ordinam est hodie l. 2. tit. 16. lib. 5. R. copilar.

7 Sunc plures textus, qui probant Baldi conclusionem, ut quoties re contrahitur obligatio, possit alteri per alterum actio utilis quæri, quas recenset Glos. fin. in l. pen. C. ad exhibend. Sed quoniam extant alii, ex quibus oppositum colligitur, Ant. Gom. ubi proximè, & variat. lib. 2. c. 11. num. 18. vers. Item modo, pluribus laudatis, sic distinguunt; Aut res post traditionem eius, qui dedit, perseverat, ut in deposito, commodato, & similibus; & tunc alteri obligatio ex conventionem contrahentis potest acquiri. Publia 26. ff. de pign. Aut rei proprietate media traditione in alium transit, ut in mutuo; quo casu Tertio actionem quæ jura non finit, l. ceni conditio 9. §. quoniam, ff. de reb. cred. Ex quo licet, ut cum per donationem, subsequente traditione, dominium in donatarium transeat, l. 1. C. per totum, ff. de donat. secundo donatario ex conventionem primi, & donatoris, actio competere non posset etiam à traditione inciperet donatio; quod favorabiliter constituitur d. l. quoniam, introduxit, ut tenet cum D. Covar. communis; Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de verb. oblig. c. 1. n. 76. Porti. lib. 2. regular. c. 46. Cacher. decis. 85. num. 7. Cost. de par. & n. pot. p. 7. etiam contra tenet Pichard. sup. num. 27. 28. asserens in d. l. quoniam, alteri per alterum actionem non quæri, sed præter juris regulas, utilem concedi secundo donatario, quæ ipsi ante dict. constitutionem non competeat.

Quæ quidem decisio cum correctoria sit juris antiqui, stricte debet interpretari, ut ultra casum ibi expressum minimè extendatur, etiam eadem, vel major ratio reperitur; D. Covar. de matrim. p. 2. c. 8. §. 8. num. 39. Menoch. cons. 52. num. 15. Hemol. in l. 11. glo. 1. num. 9. tit. 5. p. 5. Guttier. practica. lib. 2. c. 170. num. 1. vers. Non obstat fundamentum. Dues. reg. 86. Per Bartol. in l. si constante in princ. num. 106. ff. sol. nat. Vivi. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. de legib. num. 112. Tiraq. de iur. marit. glo. 2. num. 22. & communiter notatur in iur. quas actiones, & de sacros. Eccl. c. 1. Atque ita locum habere non potest, in specie textus in l. cum res 2. C. de donat. quæ diversa est, prout D. Covar. hic advertit.

9 Hodie verò si casus huius legis occurreret, aliud esset de jure respondendum, per d. l. 2. Recopilar. per quam generaliter permissum est, ut alteri per alterum actio quæri possit, unde creditores rectè, sine cessione, filium donatorem convenirent; Oica de c. sion. iur. tit. 4. p. 9. num. 37. Azeved. in d. l. 2. num. 30. Guttier. practica. lib. 2. q. 59. num. 25. Ant. Gom. d. num. 18. pr. p. finem. Quid autem jure Canonico, an scilicet alteri per alterum actio quæretur; vide Matienz. in d. l. 2. glo. 4. num. 4. qui affirmativè resolvit, D. Covar. in c. quævis actum, part. 2. §. 4. n. 4. Fortun. in l. 1. n. 23. ff. de pact. Azeved. in casu l. 2. n. 1.

Ad Num. 3.

10 In terminis d. l. quoniam, magis communiter contra Decium receptum est, non transire dominium, aut possessionem, absque traditione, in secundum donatarium, Fachin. contravers. lib. 8. cap. 88. vers. Sed in personam, Alciat. cons. 99. num. 12. Guid. Pap. decis. 512. ad finem, Franch. decis. 74. Gratian. disputat. cap. 332. num. 8. Tiraquell. de Constitut. amp. 30. num. 3. 4. Magon. Florentin. decis. 71. n. 8. Capyc. decis. 203. Maia vot. 49. Mantie. de tacit. convent. lib. 13. tit. 18. num. 3. 5. 9. Cacheran. decis. 169. num. 15. Forcatul. dial. g. 63. n. 102. Arismin. Tapat. variat. famen. lib. 2. tit. 498. in fine, Tusch. practica. concl. lib. D. concl. 642. num. 13. Mol. d. disput. 265. num. 6. Ant. Gom. in d. l. 1. 40. num. 25. Molin. d. lib. 3. cap. 12. n. 2. Menoch. cons. 85. num. 32. Hermosill. in d. l. 7. glo. 3. num. 2. 3. Sed attenda d. l. 7. Partita, quæ expresse approbat sententiam Decij, ea plerisque placet, atque ita traditionem, ad transferendum dominium, & possessionem, non requiri, docent. Molin. num. 3. Mieres de majorat. part. 1. q. 24. n. num. 6. Salced.

ad Bernard. Diazreg. 208. vers. Non limitata, in fine, Pat. Molin. de iust. & iur. disp. 3. num. 18. vers. Quintum volum. & disp. 265. num. 7. vers. Quoad confirmationem. Castill. quotidianar. lib. 4. cap. 5. num. 19. 41. & lib. 5. cap. 68. vers. Quatenus verò; Robles Salcedo tract. de representat. lib. 3. cap. 12. num. 18. Hermosill. ubi proximè, num. 9. Greg. Lop. in dict. l. 7. glo. 3. Roder. Suar. sup. quest. 8. num. 6. Castill. in l. 45. Taur. glo. 1. column. 2. in fine, & ibi Joann. Pap. num. 1.

Vers. Hanc verò Philippi.

Contrarium nihilominus cum D. Covarruv. in presenti sustinent asserentes, etiam secundum jus Partitatum traditionem esse necessariam, Anton. Gomez supra, Matienz. in l. 8. glo. 2. num. 21. tit. 7. lib. 5. Recopilar. Avend. in l. 45. Taur. glo. 1. num. 1. Febus de iur. Lusitan. 83. n. 9. Gomez Arias in d. l. 45. Tauri, num. 5. Sed nullus ex his satisfacit dict. l. Partita, quæ apertissime contra deciait, & ita communiter intelligitur.

Ad Num. 4.

Specialitatem esse in l. 1. de donat. quæ sub mod. ipsius verba manifestè denotant, cum sub brevissimo contextu ter repetitur, In hoc casu: Ut pateat, in aliis, ubi alimentorum favor cessaverit, aliud fore dicendum; atque ita tenent Sord. de aliment. tit. 1. q. 48. num. 65. 69. Bald. cons. 250. volum. 3. Ripa in l. fin. num. 129. C. de revoc. donat. Curti jun. in l. traditionibus, num. 16. C. de pact. Fachin. d. c. 88. vers. Nec obstat, Molin. d. disput. 265. num. 6. Sed eo casu competit etiam donatori conditio ob causam, quod speciale est contra regulam textus in §. si inaque, l. si inut. de action. ut notat Glos. in d. l. 1. Qui etiam agere potest ad implementum modi, Hermosill. in l. 6. glo. unio. num. 19. 22. tit. 4. p. Surdus verò præfatam constitutionem restringit ad donationem omnium bonorum, alias donator jure communi utetur, per illam conditionem ob causam revocans quod donavit; accedunt Intrigliol. dict. sing. 87. n. 10. Nogerol. allegat. 6. num. 84.

Ad Num. 5.

Hunc intellectum ad d. l. 7. Partita, divinatorium appellat Molina d. cap. 12. num. 4. & alios Gomez, & Matienzi, refellit Mieres ubi proximè, Nec absolute dici potest per eam legem Regiam jus commune corrigi, si ut sonat, admittatur, quandoquidem circa intellectum d. l. quoniam, fuerunt diversæ opiniones quod dominii, & possessionis translationem, ut nuper ostendimus; quarum alteram, etsi minus frequentem, tanquam verioris suo videretur legum conditores amplexi sunt, quod non semel fecere, ut Gregor. Lop. pluribus in locis adnotavit, quam etiam tueretur cum Decio, Anton. Fab. de error. p. 2. matic. decal. 47. error. 8. Mol. de rit. nuptiar. lib. 3. q. 24. num. 250. 251. Decian. cons. 65. n. 18. in prin. v. 3. Peregr. de fid. i. com. art. 5. numer. 16. cum seq. Cravet. cons. 19. num. 9. Mieres supra num. 7.

Ad Num. 6.

Donatio facta Ecclesiæ cum gravamine, ut aliquid facere, vel dare teneatur; eo non impleto, minimè potest revocari; sed agitur, ut donatoris pareatur voluntati; Bartol. in coll. et. ad c. verum, n. 2. de condit. apprest. Hermosill. in d. l. 6. glo. unio. num. 26. Tondut. resolut. Canonica. c. 83. num. 4. Ioseph. Ludovic. Perusin. dec. 29. n. 22. Bald. Novell. de dot. part. 6. privileg. 57. Gratian. sup. cap. 5. 17. num. 16. Arismin. Tapat. d. tit. 498. cap. 11. in fine, Ant. Corset. in suis singularib. lib. C. Contrattus. Sed aliud in conditione, docent Ioseph. Ludovic. num. 23. Tapat. ubi proximè, Quod limitatur ex eodem cap. verum, quando adiectum in donatione, quod modo non observato: revocatur; Sord. d. q. 48. num. 70. Gratian. dict. c. 517. num. 7. Sesse decis. Aragon. 31. num. 2. & alii, quos refert ac sequitur Hermosill. num. 27. Sed ingratitude, vel contemptus dispositionis donatoris, hoc casu non nocet Ecclesiæ, nisi simul Prælati, & Capitulum omiserint; Sord. d. num. 73. ubi

ubi alios refert; sequitur Hermosill. n. 29. Menoch. de re. super. remedi. 9. num. 921. Iul. Clar. d. §. donatio, quest. 21. num. 5.

Ibi: Sane ubi modus.

17 Cum modus fuit causa finalis, eo omisso, dispositio revocatur, sed si solum fuerit impulsiva, agitur duntaxat ad implementum, Gratian. sup. tom. 1. cap. 136. num. 16. 17. Tapat. d. tit. 498. ap. 13. in fin. Ant. Corset. ubi p. proximè, Bald. Novell. d. p. 6. privi. 50. Cravet. cons. 246. n. 2. Becc. c. f. 45. num. 39. Menoch. cons. 489. num. 19. vers. Respondeur. sic ind., Parlador. different. 147. in fin. ubi ad hanc distinctionem probandam commendat l. 48. tit. 5. p. 5. & l. 41. tit. 14. cad. part. & alios laudat Marefcot. variat. lib. 1. c. 90. num. 7. Ex quo Ecclesiæ non privatur donatis ob modum non impleto, quoniam favore illius creditur semper modus esse causa impulsiva, & non finalis donandi; Hermosill. num. 26. Sesse ubi proximè, Ioseph. Ludou. ubi proximè. Causa autem finalis, tunc modus censetur, cum eo sublato donatio non fieret; impulsiva, quando etiam si modus adiectus non fuisset, donare ut; Marefcot. ubi proximè, & nos infra hoc lib. cap. 20. num. 43.

Vers. Erit deinde.

19 Sequitur Hermosilla num. 25. sed absque dominij probatione, actionibus personalibus sibi competentibus donator uti poterit, vel præscriptis verbis ad alimenta extorquenda; l. legem 5. C. de donat. vel condictione ob causam ad repetendum donata, d. l. 1. ubi Glos. verbo Condictio, quibus facilis ius suum persequitur, cum dominium difficilis probationis sit; Cyriac. contravers. 537. n. 8. Mascard. de probat. concl. 536. & omnes communiter.

Vers. Quinto, & moram.

Accedunt Mieres part. 2. q. 4. illat. 8. num. 190. cum. 20. sequen. ibi. Alciat. respons. 111. Cyriac. contravers. 247. n. 42. om. 2. Hermosill. n. 2. Menoch. cons. 131. n. 6. & cons. 38. num. 43. Gregor. Lop. ind. lib. 6. Partit. Cravet. cons. 59. n. 7. Becc. cons. 171. num. 16. vol. 2. Galanet. de condit. part. 2. c. 3. q. 7. num. 27. Moram etsi purgare possit donatarius, nisi ius ejus, in cuius commodum modus adiectus fuerit, sit factum deterius; tamen fallit in specie d. l. 1. in qua moræ purgationi non est locus; Hermosill. pluribus laudatis, num. 23. 24. Tusch. lib. D. concl. 711. num. 17. Bald. cons. 250. vol. 3. Cyriac. tom. 2. cont. om. 239. num. 22. Sord. de aliment. tit. 1. q. 48. num. 65. Hæres autem donatarii omittens a iure præstare, donata non perdit, dum obligationem ignorat, quia nec moram committit; Cyriac. con. r. vers. 374. num. 20. Becc. cons. 105. num. 26. Sord. d. c. f. 260. n. m. 16.

Ad Num. 7.

De hac questione latissime Hermosill. in d. l. 7. glo. 4. per 22. tom. 4. part. 5. Sanch. cons. moral. lib. 1. cap. 6. dub. 1. Molin. de primogen. d. cap. 1. num. 74. cum. seq. Anton. Gom. in d. l. 40. num. 29. vers. SS. d. circa supradicta; & adversus Bartolum, non posse donatorem revocare pactum in favorem Tertij, post acceptationem primi donatarii, affirmant Anton. Gom. ubi p. proximè, Fontanel de pact. nup. i. d. par. 1. claus. 4. glo. 9. num. 45. Duenas regul. 216. in fine, Avend. in dict. l. 40. Taur. glo. 5. num. 7. Villalob. in annotation. jur. Civil. & Regij. lib. 6. num. 26. Azeved. in l. 11. n. 9. tit. 6. lib. 5. Recorilar. Salced. in addit. ad Bern. Diaz. reg. 211. Gratian. Falcon. reg. 410. Mieres part. 1. quest. 13. num. 13. 20. Perez. in l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordinam. Angul. de melior. lib. 1. glo. 8. num. 21. Costa de patr. & nevot. pag. 9. Menchac. contravers. iust. sequent. cap. 62. Guttier. in c. quavis pactum, in princ. num. 60. de pact. in 6. Cevall. quest. 249. num. 2. cum seq. Fachin. lib. 8. contravers. c. 39. Mendoz. disputat. iur. lib. 3. cap. 9. num. 45. Parlador. rer. quonidia. lib. 1. c. 3. n. 37. Castill. quonidia. lib. 4. c. 5. n. 21. Menoch. cons. 723. n. 22. Quorum plerique idem sententiam licet primus donatarius consensit in pacti revocationem.

23 Sed contrarium sequuti Bartolum defendunt Hermosill.

ubi sup. num. 3. Molin. num. 74. vers. in primo casu, Sanch. num. 3. Iul. Clar. d. lib. 4. §. donat. o. q. 13. num. 5. Gregor. Lop. in d. l. 7. glo. 4. Gomez. Arias in l. 25. Taur. num. 30. Gabriel lib. 3. commun. tit. de donat. concl. 5. num. 1. Pat. Molin. d. l. 265. num. 14. um seqq. Boer. decis. 312. Anton. Faber. in Co. tit. de donat. quæ sub mod. 37. diffinit. 2. Trentacinq. variat. lib. 3. resolut. tit. de donat. num. 13. Sord. decis. 204. num. 13. 14. & cons. 150. num. 102. Mantie. de tacit. convent. lib. 13. tit. 48. num. 8. 9. Caneer. variat. resolut. part. 1. c. 8. de donat. num. 52. Gratian. disputat. tom. 1. c. 49. num. 4. & c. 575. Cyriac. tom. 2. contrave. 269. num. 83. Alciat. in ubi num. 31. ff. de verb. oblig. Guttier. practica. lib. 2. q. 52. num. 6. & plurimos de hac questione tractantes cumulat Castill. ubi sup. ac limitationes ad hanc ultimam opinionem tradit Molin. d. disput. 265. n. num. 9. & Hermosill. glos. 4. n. 4. usque ad finem.

24 Illud, c. impertum est, Bartoli sententiam non admitti in institutione majoratus, vel aliis donationibus familiæ relicti, ut ordine successivo ad alios donata perveniant; nam acceptante primo donatario, quoad omnes irrevocabilis redditur dispositio, Molin. num. 75. vers. In secundo casu, Hermosill. num. 15. 16. Gut. num. 4. Sanch. num. 8. Pat. Molin. num. 9. 10. Cyriac. con. n. 312. n. 85.

Ex quibus apparet, quam dubium sit discernere, quæ ex his magis communis opinio sit; & quilibet, quam sequitur, ipsam receptionem affirmat; nihilominus Bartoli sententia præstantior & auctoritate, & ratione censetur; secundum quam donator, dum à Tertio non acceptatur, quod in ipsius utilitatem est pactum, non prohibetur illud etiam invito principali donatario revocare, nisi huius interit pactionem in favorem Tertij observari, quoniam tunc & ipsius consensus erit opus; quod ita sentiunt DD. pro Bartolo allegati; & asserit Sanch. num. 5. etsi Caneer. donatarii primi consensum semper ad revocationem pacti in favorem Tertij requirit, d. n. 52. vers. Utinam em.

Vers. Contra Bartolum.

Ad l. quoniam respondetur, nullum jus in ejus casu quæ. 25. si secundo donatar o ante ejus acceptationem; quia propter argumentationem non procedit Hermosill. in d. glo. 4. num. 2. Sanch. ubi p. proximè, & alij communiter.

26 Ad textum n. l. si quis in manu, dicendum est, servum illum ex utriusque contrahentis voluntate in hoc fuisse venditum, ut manumitteretur; cumque contractus esset onerosus, solo venditoris consensu libertas non potuit impediri; sed & emptor debebat consentire, qui cum iam decessisset, mutare nequivit voluntatem; alioquin si viveret, nec vellet servum liberum fieri, libertas minimè competere; l. 3. ff. de se. u. ex port. l. fin. C. si mancip. ita filer. alien. quarum legum antinomia cum d. l. 1. ita facile tollitur. Neque hæres emptoris consentiendo officere valuit libertati, cum quod in eo casu sine hærede obisset emptorem proponitur, cum quod hæres huiusmodi pacta retractandi non habent potestatem, d. l. 3.

Ad Num. 8.

27 Imò, si cum fundum 37. ff. de pact. aperte Bartolo patrocinatur, ubi Proculus pro regula constituit, domum illius fundi posse conventionem ad commodum Titij facere, etiam revocare, à qua duos excipit casus, scilicet quando res non est integra, quia jam conventum cepit executioni mandari, vel si illius, qui pro utilitate Tertij pactus fuit, adimpleri conventionem, interit; quæ exceptiones firmant regulam in contrarium, l. nam. quod l. quida. 4. §. fin. ff. de pen. lega. Pareia de instrument. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 5. num. 44. Euerat. in locis legalib. loc. 9. ab exceptione ad regulam, & loc. 99. abs. spe. iudi. Carlet. d. iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 1. disp. 16. n. 40. eaque neque Bartolus, neque aliquis ex sequacibus suis non admittunt; quinimò eas expresse tradunt, ut videre est apud Hermosill. & Sanchez; omnes enim fatentur, donationis pactum in favorem Tertij revocari non posse, vel cum primi donatarii, qui acceptavit, interit; Fontanell. sup. glo. 4. in princ. num. 18. Mantie. d. tit. 48. 9. vers. Sed hoc. Sord. decis. 22. num. 3.